

X.

Hans Oldendorphs Rejse til Kjøbenhavn 1562 og Sammenstød med Hemmingsen.

Hans Jakobsen Oldendorph var født den 12 Oktober 1524 i Haderslev, hvor hans Fader Jakob Petersen var Borger. I Aarene 1545—46 studerede han i Vittenberg. Siden kom han hjem til Haderslev, men drog atter 1548 til Universitetet i Rostok. Under et Ophold i Lybek 1549 gjorde han Bekjendtskab med Johannes Laski (a Lasco), hvis kalvinske Anskuelse han dengang intet vidste om; denne raadede ham til at drage over til England for at indtræde i Tjeneste hos Ærkebissen af Canterbury, Thomas Cranmer, til hvem han gav ham en udmærket Anbefaling. Da M. Anthonius Keyser, der var Provst og Sognepræst i Haderslev, og M. Jørgen Boie, som var Hertug Hanses Hofpræst sammesteds, ogsaa raadede ham til at forsøge sin Lykke i England, besluttede han sig til at drage derover, og den 5 September 1549 meldte han sig paa Slottet Lam-

¹⁾ Schumacher, Gelehrter Männer Briefe an die Könige von Dänemark I, 371 -2.

²⁾ Dette Brev findes meddelt nedenfor S. 266.

beth ved London, hvor Ærkebisen residerede, og hvor de bekjendte Theologer D. Martin Bucerus og M. Paul Fagius ogsaa dengang opholdt sig. Ærkebisen modtog ham meget godt, tog ham strax i sin Tjeneste som Famulus og lovede ham en god Løn. Han blev sat til at gjøre Uddrag af Kirkefædrenes Skrifter. Men da han var misfornøjet med den kalvinistiske Retning, som var herskende i Ærkebispens Omgivelser, og han desuden begyndte at lide af en Sindssygdom, som siden ofte plagede ham, saa tog han sin Afsked i Sommeren 1550 og begav sig atter til sin Hjemstavn, og opholdt sig blandt andet i nogen Tid i Middelfart hos en Svoger, hvor han tjente Føden ved at afskrive nogle danske Love. Siden kom han tilbage til Haderslev, hvor han jevnlig prædikede dels paa Tydsk (for M. Anthonius Keyser) og dels paa Dansk (for Hr. Jørgen Winter). 1553 blev han kaldet til Medhjælper for Præsten Hr. Hans Krøger i Aastrup ved Haderslev under dennes Sygdom. Efterat have prædiket der tre Søndage, blev han af M. Jørgen Boie, der var Viceprovst i Haderslev Provsti efter M. Anth. Keyseres Død, sendt ned til Konsistoriet i Slesvig forat blive examineret og ordineret¹⁾. Da dette var sket, sang han den 13 Avgust 1553 sin første Messe i Aastrup Kirke; M. Jørgen Boie prædikede ved den Lejlighed og anbefalede ham til Menigheden. Hans Stilling i Aastrup synes dog kun at have været ganske midlertidig, ialfald prædikede han ogsaa jevnlig i andre Kirker. Saaledes beretter han i sin Dagbog: »Den 22 Okt. 1553 prædikede jeg paa Dansk fra den ny og prægtige Prædikestol i Haderslev, og jeg var den første, der benyttede den, ligesom jeg ogsaa var den første, der sang Messe for det ny Alter, som er oprejst midt i Koret i Kirken i Haderslev«. »Den 10 Decbr. 1553 prædikede

¹⁾ I sin Dagbog beretter Oldendorph herom: »Postea ad Slesuicense consistorium missus a Boetio accepi initiationem seu ordinationem sacerdotii a M. Cesone (Eminga) et D. Regnoldo (Westerholt) pastore aliisque examinatribus. Gratis mihi testimonium commissionis ministerij dederunt dicentes: Docti nihil dabunt«.

jeg paa Tydsk for Hertug Hans af Holsten og Adelen paa Haderslevhus over Texten: Der skal ske Tegn i Sol og Maane og Stjerner; item: Vogter eder, at eders Hjærter ikke besværes ved Fraadseri og Drukkenskab og med Sorg for dette Livs Næring. Jeg straffede alvorlig (egregie taxavi) Hoffolkenes urene Liv og Omgjængelse. Da Boie samme Aften vendte tilbage fra Nordstrand (hvor han var Provst), sagde Hertugen noget godt om mig, hvilket maaske mishagede Boie, eftersom jeg ikke senere blev opfordret til at prædike for Hertugen i Boies Fraværelse eller Sygdomsforfald«. I de følgende to Aar prædikede Oldendorph ogsaa i forskjellige af Haderslev Lens Kirker uden at have fast Ansættelse. For paa nogen Tid at skaffe sin Broder Peter udaf en Gjældsarrest, gik han i Efteraaret 1555 selv i Arrest i 6 Uger. 1556 blev han kaldet til Kapellan ved Mariekirken i Haderslev. Samme Aar fik han Opfordring til at modtage et Præsteembede ved Mariekirken i Flensberg, men Sognepræsten i Haderslev, M. Johan Vorstius, vilde ikke give Slip paa ham; dog fik han i den Anledning en Forhøjelse af sin Løn. I sin Præstevirksomhed havde han forresten efter sin egen Beretning mange Fortrædeligheder paa Grund af den skarpe Dadel, han udtalte over den Foragt for Guds Ord og Forsømmelighed i Udøvelse af deres Pligt, han mente at finde hos Stadens Borgmestere og Raad. Det gik saa vidt, at han 1559 vilde nedlægge sit Embede; men ved Forestillinger af Boie, Vorstius og andre bevægedes han dog til at blive. Hans Stilling blev endnu ubehageligere, da M. Joh. Vorstius, der var venlig sindet imod ham, 1560 afløstes af en ny Sognepræst, Hr. Johan Hecht, med hvem han snart kom i Strid. Imidlertid enedes de dog om at gjøre Fordring paa større Offer af Menigheden. I den Anledning holdtes der den 29 Decbr. 1561 en Forsamling »in Bibliotheca Haderslebiensi«, hvor Provst Jørgen Boie, de tvende Præster, Hecht og Oldendorph, samt Stadens Øvrighed og endel Borgere vare tilstede. Her kom det til heftige Optrin,

Borgmester Oluf Jensen, der tillige var Kirkeværge, sagde til Præsterne, at Byen havde tre Porte, og det stod dem frit for at gaa ud ad hvilken af dem, de fandt for godt. Nu faldt Hecht imidlertid tilføje, men Oldendorph nedlagde sit Embede. I Februar 1562 fik han Tilbud om at blive Præst ved det adelige Jomfrukloster i Preetz, men han tog ikke derimod. Derimod lovede Hertug Hans ham, at han skulde faa det første Præsteembede, der blev ledigt i hans Lande, og flere af Menigheden i Haderslev ønskede ham tilbage; men der blev dog ikke noget deraf. I April maatte han rykke ud af Kapellanboligen. I sin Ledighed begyndte han paa at samle sine tyske og danske Prædikener til en Huspostil, som dog ikke blev fuldendt. I Juni 1562 tiltraadte han en Rejse til Kjøbenhavn, maaske for at søge en Ansættelse. Han traf her sammen med Hemmingsen og andre bekjendte Folk, og da hans Fortælling om deres Sammenstød ikke er uden Interesse, meddeles hans Rejseberetning nedenfor i Originalsproget, idet jeg forøvrigt advarer imod at stole for meget paa Fortællingen om den glimrende Sejr, han mente at have vundet over Hemmingsen. Paa Hjemrejsen blev han angreben af sin gamle Sindssygdom og led af svære Anfægtelser, og efter Tilbagekomsten til Haderslev i Begyndelsen af Avgust s. A. var han syg i længere Tid. Da han endelig kom sig, gav han sig til at skrive Psalmer, som han lod overrække Hertugen. Imidlertid blev Fjelstrup Præstekald ledigt ved Hr. Jørgen Barsøs Død d. 10 Okt. 1562. Oldendorph anstrængte sig forat faa det, men gik dog Glip deraf, skjønt Hertugen havde lovet ham det første ledige Præstekald. Efter hans Mening satte Boie ondt for ham hos Hertugen. Skjønt uden Embede giftede han sig 1563 (med Katrine Karstensdatter) og levede siden i Haderslev forgjæves solliciterende, indtil han blev bortreven af Pesten d. 2 September 1566. To Dage før sin Død havde han endnu skrevet i sin Dagbog, hvorefter dette er uddraget. Denne Dagbog, hvori nedenstaaende Rejseskildring er en Episode, indeholder mange kuriøse

Ting, Samtaler med Hertug Hans, Spøgelsehistorier, meget om kirkelige Forhold i Haderslev By og Len, bitre Udfald mod Forfatterens virkelige eller formentlige Modstandere, o. a. Et udførligt Uddrag vilde neppe være uden Interesse til Skildring af den Tids Forhold i Nordslesvig. Kun maa man altid gaa ud fra, at Oldendorph var en yderst stridbar Karakter, fuld af høje Tanker om sin egen Dygtighed, og at han derfor i Regelen bedømmer de Personer, han traf sammen med, paa en meget ensidig og ofte vist ganske ubillig Maade¹⁾.

Profectio mea Haphniam uersus in nomine Sanctissimæ Trinitatis confecta Anno D. 1562.

16. Junij uectus sum Traiectum nostrum Øresundt²⁾, a quo soluente uenimus tho Asnes, ubi apud pastorem D. Petrum³⁾ hospitatus sum.

17. Junij ueni Otthoniam ad domum pastoris M. Georgij⁴⁾.

18. Junij priorem Monasterij⁵⁾ rogaui de curru concedendo, sed fefellit me. Conducens ergo uehiculum ueni Neoburgum multo uesperj, ad domum pastoris D. Laurentij⁶⁾, qui tunc non fuit domi, attamen ægrota uxor eius concessit mihi lectum.

19. Junij transuectus sum mare balticum, uento commodissimo marique tranquillo, sine periculo, Deo sit gloria. Clawes Daa, nobilis senex, uaria mecum contulit et exposuit pro me. Venimus tho Korsør ad domum ignari pastoris Her Jens. Conduxi mihi currum usque ad Cœnobium Andersschoo, 2 miliaria. Eodem contemplandi gratia deambulau i oppido Slayls, ubi Her Jens Lerck et Her

¹⁾ I Pontoppidans Ann. III, 385-6 er meddelt et Brudstykke af Oldendorphs Beretning om hans Kjøbenhavnsrejse tilligemed noget om denne »vandrende Ridders« formentlige Bedrifter i England. Sml. Rhode, Haderslev Amts Beskr. S. 218—20.

²⁾ D. e. Aarøsund. ³⁾ Hr. Peder Jensen Kempe.

⁴⁾ Hr. Jørgen Rasmussen Ydsted. ⁵⁾ Hr. Christiørn Povlsen.

⁶⁾ Hr. Lavrits Hansen.

Jurgen erant pastores. Pernoctaui in illo amplo monasterio Anderschoo apud Lectorem M. Bertoldum, contemplatulus sum idem monasterium eiusque amplitudinem.

20. Junij pransus sum apud priorem M. Niels et alios sacerdotes, quibus uaria narraui de Anglia, Germania et incendio Haderslebens. Vectus sum 2 miliaria usque ad insigne monasterium Zoar, ad Abbatem Olaum Laursen, qui liberaliter me tractauit, cœnatus sum apud eundum et M. Martinum Lectorem, in cuius domo pernoctauit.

21. Junij diem totum consumpsi ibid. ex rogatu Abbatiss et Martini, qui eo die primam missam cantauit. Magnum conuiuium paratum est, in quo more peius porcino Selandij uorarunt et potarunt toto die. Adfuit inuitatus M. Franciscus Abbas ex Ringstedt, qui promisit mihi currum.

22. Junij discessi uersus Monasterium Ringstedt, ubi Abbas dixit de æditis libris, quibus (inquit) contenti simus. Ego respondi, me exhorrescere atque detestari omnes errores Suinglianorum, Anabaptistarum omniumque hæreticorum. Aliqua, inquam, scripta ac cantica pia edam in lucem, quæ primum ostendam pijs atque doctis uiris examinanda. His auditis conticuit inquiring: Cras habebis uehiculum usque Roskildium.

23. Junij ueni per 4 miliaria Roskildium, ubi scaturigines uarias unius fontis uidi, unde etiam urbs nomen sortitur. Locutus sum ibidem Jacobo Lunt in carcere ægrotanti mente. Deus sanet eum. Pernoctaui apud pastorem M. Petrum, qui et lectorem agit, meque liberaliter tractauit.

24. Junij die Joannis Baptistæ post primam concionem auditam Roskildij ueni Haphniam cum scriba van Bishgardenn in curru uectus. Inueni ibidem incolumis ex gratia Dei incolumem fratrem cum coniuge et liberis tribus. Hospitium apud fratrem meum Petrum habui per 3 septimanas, ubi multa consumpsi. Interdiu audini lectiones doctoris Hemmingij, doct. Erasmi Læti, doct. Knopperi et aliorum professorum philosophicas prælectiones.

26. Junij rogauit me doct. Johannes Ripensis consanguineus meus, ut ad prandium uenirem. In plateis uocauit me Episcopus Selandiæ M. Johannes Alberti ad prandium. Veni ergo cum doct. Johanne ac disputaui cum M. Johanne Monasteriensi de columba spiritus sancti, quam affirmat Tertullianus corporalem fuisse etc. Vesperi cœnatus sum apud doct. Albertum Knopperum, cum quo uaria contuli.

27. Junij disputaui publice acriter cum M. Johanne Sasceride, præside Thematum, de fontibus consolationum ex theologia et philosophia. Sascerides non potuit mihi satisfacere. Ergo cœpit doct. Hemmingius respondere, qui non satis etiam soluit. Adfuerunt doct. Knopperus, doctor medicinæ Elias, doct. theol. Erasmus Lætus, M. Johannes Monasteriensis, M. Johannes pastor aliique plures professores. Knopperus dixit Læto clanculum: Hemmingius iam habet acutum antagonistam et disputatorem.

Themata 21 Johannis Sasceridis impressa emi Haphniæ. Meas itidem disputationes ac oppositiones alibi conscriptas habeo.

8. Julij misit mihi dono doct. Nicolaus Hemmingius suas propositiones, quas uocat assertiones, de operibus charitatis et officio cuiusque in sua uocatione. Misi uero Boetio cætera themata eius. Eodem 8. Julij publice disputaui quam grauissime cum Hemmingio, qui non satis etiam mihi respondere poterat, ut doct. Knopperus, doctor Lætus, doct. Elias plurimique professores mirarentur. Disputationis huius ac oppositionis argumenta et syllogismos alibi habeo.

14. Conueni cum uidua quadam nomine Thale, ut qualibet septimana $\frac{1}{2}$ daler pro cibo, potu et pro cubiculo [darem], apud quam hospitatus sum usque 28. Julij. Huic satisfeci grato animo ante discessum meum.

13. Julij mane collocutus sum cum Doct. Nicolao Hemmingio in suo pomario, ostendens ei uaria testimonia mea. Postea admonui eum modeste ac humiliter de uerbis

atque sententia sua, quam affirmavit in lectionibus suis unice ueram esse: Quod uerba Christi in cœna sua solummodo ad homines et sumentes spectarent, non ad elementum panis et uini. Hoc, inquam, acutissimum Suingliano- rum argumentum est, ut noceant Ecclesiæ Christi. Respondit mihi satis morose atque torue. Ego nihil moratus ipsius morositatem atque ἀφιλαγαθίαν, dixi ei, ne pergas ita turbare Ecclesiam Dei in hoc regno. Tam acris inter nos fuit disceptatio, ut ipse contra meos syllogismos ex uerbis Christi collectos nequiu-erit uerbulum respondere, ut ipsius studiosi habitantes in domo eius satis mirarentur. Tandem data manu egit mihi gratias pro pia informatione. Argumenta mea huius colloquii alibi conscripta reseruo. Christus auertat omnem conatum diaboli, regalque nos spiritu sancto suo, ut in suo puro euangelij textu perseueremus humiles et constantes ad uitam æternam. Amen.

Hac æstate ferunt 40 homines impotes mentis fuisse Haphniæ.

1562. 27. Julij hora 7, in lectione doct. Erasmi Læti horror mortis inuasit cor meum. Postea spirituales tentationes diabolus instillauit, quas Deus repulit iuxta meam precationem.

28. Julij denuo cœpit me Diabolus quam acerrime tentare de prædestinatione et æterna uita: sed superaui eum uerbo et promissionibus Christi. Ideoque ualedicens hospitæ ac satisfaciens, discessi Haphnia saluus, uenique Roskildium ad domum M. Petri pastoris. Noctu passus sum uarias Sathanæ tentationes, e quibus me Deus liberauit iuxta precationes.

30. Julij ueni ad Monasterium Ringstedt, in uia composui cantationem ad Fridericum regem Daniæ. Noctu mirabilem habui extasin de uarijs rebus et, ut mihi uidebatur, sanctis; scripsi aliquid in pariete apud lectum.

1. Augusti ueni ad Cœnobium Zoar ad Martinum lectorem, cui narraui sententiam Hemmingij, quem ipse uoluit defendere. Eodem deambulaui in templo legens in græco-

latino testamento, serpentem uidi in area, quem statim conculcaui, nec potui eum postea reperire.

2. Augusti ueni ad Monasterium Andersko, ubi fui in magna extasi noctu. Mane ualde infirmus in horto gladium meum fregi. Eodem ueni Korsør et in uia aliquot daleros amisi.

In Korsør fui ualde infirmus, audiui senem illum asinum, Her Jens, concionantem. Cui tradidi multos daleros et 18 aureos seruandos. Quantam fidem mihi in hoc præstiterit, reddat ipse Deo rationem. Nam recepi tantum 12 daleros et 7 aureos, cum multo plures ipsius fidei tradiderim.

Traieci mare Balticum non tam grauiter infirmus, ac ueni Neoburgum ad domum D. Laurentij, ubi pernoctauī, postero die conduxī mihi currum cum famulo meo Andrea per Othoniam usque Asnes.

5. Augusti uesperi ueni ad domum D. Petri pastoris infirmus, in itinere prope Asoniam tradidit mihi Hans Matzen epistolam M. Georgii¹⁾, quæ admonet, ut quam citissime domum redirem. Accepi antea 12. Julij priorem eius epistolam sua uiua manu scriptam, ut susceperem parœciam Oxenuat. Rescripsi ei, me propter causas illam parœciam non posse suscipere, rogitans, ut intercederet pro me apud principem, ut hac excusatione esset contentus usque ad meliorem functionem. Itaque princeps fuit contentus, ueluti posterior Boetij epistola refert, quam accepi 5. Augusti.

6. Augusti infirmus transuectus sum usque Aresundt, ubi apud aquas ac littus maris prope domum Jurgen Falsen transuectoris in mea insipientia atque infirmitate exclamaui altissima uoce, totum regnum Daniæ et Sueciæ puniendum esse bello aliisque calamitatibus et plagis propter contemptum uerbi Dej, impenitentiam ac scelera uarij generis. Ex quo spiritu hæc quasi uaticinando exclamauerim etsi infirmus mente mea, Deus nouit. Arbitror ipsemet tamen

¹⁾ Det er den ovenomtalte M Jørgen Boie (Georgius Boetius).

ex bono spiritu hæc esse prædicta atque pronunciata: Quia eadem mala belli inter regem Daniæ et Sueciæ exorta euentum suum habuerunt postero anno 1563. Deus misereatur nostri et mitiget calamitates Ecclesiæ suæ. Amen.
